Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



xxxviiii. INCPT EPL SCI AGUSTINI AD NEBRIDIUM.

Nebridio agustinus. Utrum nescio quo ut ita dicam
blandi loquio tuo factum putem. an uere ita seres habeat.
incestum apud me est. Nam repente accidit. nec satis
deliberatum est. quatenus debeat committi fidei.
Ex spectas quid istuc sit. quid censes. Prope per suasistimihi. non
quidem beatum esse me. Nam id solius sapientis predium est.
sed ceste quasi beatū. Ut dicimus hominem. quasi hominem.
in conparatione hominis illius quem plato nouerat. Aut quasi
rotunda et quasi quadrae ea quae uidemus. cum longe ab eis absint
quae paucorum animus uidet. Legi enim litteras tuas ad lucernā.
iam cenatus. Proxime erat cubitio. sed non ita etiam dormitio.
Quippe diu mecum. in lecto situs cogitaui. atque has loquellas habui.
Agustinus ipse cum agustino. Non neuerum est. quod nebridio
placet. beatos nos esse. Non utique. Nam stultus adhuc esse.
nec ipse audet negare. Quid si etiam stultis beata uita contingit.
Durum quasi uero parua uel alia ulla miseria sit. quam ipsa stultitia.
Unde ergo illi uisum est. An lectis illis libellis. etiam sapientem
me ausus est credere. Non usque adeo temeraria est laetitia
gestiens. praesertim hominis. cuius quanti ponderis consideratio sit.
bene nouimus. Illud igitur est. Scribsit quod nobis putauit
dulcissimum fore. quia et illi dulce factum est quicquid posuimus
in illis litteris. Et scribsit gaudens. nec curauit. quid committendum
gaudenti calomo esset. Quid si soli loquia legisset.
Laetaretur multo exundantius. nec tamen repperiret plus aliquid
quod me appellaret. quam beatū. Cito ergo summum nomen effudit
in me. nec sibi aliquid reseruauit. quod de me laetior asseueret.
Uide laetitia quid faciat. Sed ubi est ista beata uita. ubi ubi nam.
O si ipsa esset. nosse extrema spherae tardius rotari quam medium.
et alia similia quae similiter nouimus. Nunc uero. quomodo
O si ipsa esset. reppellere totam os epicuri. O si ipsa esset. scire nihil deorsū esse. pt
mundū.